



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Christianvs Conf. 4. Februarij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

Feb.  
amor  
i pa-  
, ut  
rret.  
n sa-  
catu-  
riam  
s im-  
ora-  
e un-  
unde

nom-  
devo-  
er &  
dia-

ar g.

pitio!  
latam  
nulis  
ire in  
gum,  
n cur-  
tubat  
re ca-  
ndum  
liber-  
& no-  
n suo  
ceret?  
natri  
bera,

4. Feb. VITA SANCTORVM. 67

ubera, per quæ filium sauciariat? ad vulnera Filij, per quæ Matrem impetraret? & tamen ad Matrem ausus est confugere; memor semper Matrem facilius flecti, quam judicem. Itaque ad Marianæ ædis limina quadraginta ipsos dies noctesque perstare, sed longe magis ipsam cæli portam Virginem ambiere hanc lacrymis mollire, hanc gemitibus pulsare, hanc jejuniis denique frangere. Cedit itaque vim facienti facilis alias janua. Admittitur per Matrem ad Filij gratiam THEOPHILVS, extortisque infames hosti codicillos aufert. Hos ubi palam igni dedit, post triduanam febriculam per notam sibi, & jam apertam portam cælum ingreditur. Agnoscite felicitatem vestram in THEOPHILO Mariophili. Sit omnibus aliis angusta cæli porta, certè vos laxam ampliisque habetis. Ex Surio.

Maria peccatorem à desperationis barathro piâ manu retrahit, spes medicamen aspirat, foyet, non despicit, quo usque horrendo Iudici miserum reconciliat. Famosum hujus benignitatis testimonium est Theophilus per Mariam restauratus gratia. S. Bern. in deprec. ad Mariam.

S. CHRISTIANVS CONF. 4. Februarij.

**N**Vlli minus sapiunt, quam qui maximè, cum interea Superi iis ferè colludant, qui sanctam simplicitatē præse ferunt. Ad testem CHRISTIANVM provoco. Is cum adolescenti noctu non sat modestè tectus ædes perambularet, insultantem nudo tergo sub mulieris larvâ orcum tulit, onusque improbum totam noctem circumtulit. Sacris initiatu Comitis natum sub exuviis ursi terrorem sibi injicientem cultro tantum jugulavit, mox errore.

errore intellecto persanavit. Ad ejus preces cum defunctus è feretro resurgeret, inter fugientium ab eo spectaculo turbam ipsum quoque vidisses. Fluvium cùm trahicere non posset, in alteram ripam D. Magdalena unà cum equo transportavit. Eadem facienti adfuit, hominumque absentiam satis unica pensavit. Iam inter monachos mori sibi visus, & manibus MARIAE ac Friderici Cæstumulari, flamas habuit arbitrari piacularis, Genios item bonos malosque, hos corvi exuvijs horridos, illos cygneis (aut quascunque alias demùn miramur & amamus) pennis superbos. Porro sacrificaturo mensam & vestes Cælestes ministrarunt. Cantantibus benedicere vidit ab alto Dñi manum. Iam ad ægrum septem continuos dies Christus Christique Mater (utique optimi medici) inviserunt. Cùm morituro verò horas precarias iidem visi percurrere, & quidem cucullum etiam ipso induit. Super illos comedias & risum nobis datis mortalibus. Nos scilicet tragœdias & lacrimas reddimus. Ex Cæsar. l. 7. c. 16.

*Quia Christi nomine vocatus es Christianus, pertendum tibi est, ut actu tuo nomen hoc sanctificerur & honoretur in te: quia sicut virtutum fama nominis tanti resplendet ad gloriam, ita male conversantis infamia ad ejusdem nominis redundat infuriam.*  
S. Pet. Chrys. serm. 69.

S. AGATHA. V. M. 5. Februarij.

**A**nno CC. LIV. AGATHA Catanam ad Quintianum Prætorem abducitur. Deperibat hic Christi sponsam. Quare eam Aphrodisiæ lenæ commendat; facilexatus fidei castrum evertere, ubi